

**Constitutionis aevi nostri febrilis quaedam momenta ... / conscriptit
Albertus Rengger.**

Contributors

Rengger, Albert.
Universität Göttingen.
Royal College of Surgeons of England

Publication/Creation

Goettingae : Typ. Joann. Christ. Dieterich, 1788.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/aavc79sg>

Provider

Royal College of Surgeons

License and attribution

This material has been provided by This material has been provided by The Royal College of Surgeons of England. The original may be consulted at The Royal College of Surgeons of England. where the originals may be consulted. This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

**wellcome
collection**

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





CONSTITUTIONIS 2

AEVI NOSTRI FEBRILIS

QVAEDAM MOMENTA

CONSENTIENTE ILLVSTRI MEDICORVM ORDINE

ISSVMMOS IN MEDICINA ET CHIRVRGIA

HONORES AMBITVRVS

CONSCRIPSIT

ALBERTVS RENGGER

HELVEIVS.

PVBLICE DEFENDENDA D. I. APRIL. MDCCLXXXVIII.

GOETTINGAE

TYPIS JOANN. CHRIST. DIETERICH.

ΟΜΗΡΟΥ ΠΑΡΕΝΤΙ ΟΡΤΥΜΟ

ΟΙΟΙ ΝΥΝ ΒΡΟΤΟΙ ΕΙΣ.

2

HOMERVS.

Homini quum inter omnia animantia soli concessum id fuerit, vt neque coeli temperies, neque terrarum conditio fines domicilio vllos possideret, sed, vbi modo pedem figendi locus esset, non ibi neque iniucunde moraretur; natam ex hoc magnam humani generis varietatem necessariam fuisse, ratio docet. Verum illa coeli temperies, et terraeue natura ibidem semper eadem non mutantur, atque summopere mutantur gentium mores, consuetudines, et instituta eaque omnia, a quibus natiua humanorum corporum indoles pendet; temporibus igitur, et locis ac locis a se inuicem distare homines patet, tamen, vt diuersa haec ratio inter bonae valetudinis modum nihilominus consistere putetur. Quod autem de sano homine pro temporum et locorum diuersitate etiam diuerso obtinet, id magis adhuc de aegro dicendum est; angusti enim

sanitatis limites sunt, indefiniti aegritudinis; quae
 aliam atque aliam sanitatis speciem inducunt
 conditiones non paucae quidem sed effabiles, quae
 aegritudinum vero, innumerae.

Saepius igitur miratus fui, cum de nostrorum
 tum imprimis circa omnem fere historiam meriti
 cogitarem, ne fundamenta quidem morborum
 fata narrantis doctrinae iacta adhucdum fuissent.
 Dolendum hoc eo magis est, quo praeclariore
 inde usus caperet non omni modo medicina
 complexus, sed et humani generis historia, cuius
 illa pars est, et quae in tuenda civium salutem
 versatur, non tenuis reipublicae administranda
 scientia. Haudquaquam tamen levis est morborum
 historiae ita neglectae ratio; nulli quippe
 adsunt, unde depromatur, perpetui annales, verum
 quae circa morborum fata litteris condidit
 strenua observatio, latissime sparsa et nominum
 obscuritate adeo abdita inuenies, totque simul
 ex fontibus a medica doctrina permultum alienis
 in causarum praecipuis indagatione hauriendus
 est, ut omnia haec conquirere, expedire atque
 in digestam compagem ordinare, non unius aetatis
 nedum hominis sit. Quibus tamen prouidentibus
 manca semper neque absoluta habebitur morborum
 historia, quod in mutationibus eorundem
 notandum.

andis haud nimium assidui maiores fuere. em vero haec absterrent, non multum fatior foret, quam qui aegritudinem nullamari vellet, quia omnis sanari potest. Grauiissima caeterum et maxime generalia momenta alinto facilius eruenda forent, ita vt neque finis de opera in hoc studiorum genere summo fructu collocanda desperandum penitus sit.

Quum eae vero rerum gestarum narrationes teris iucundiores atque fere semper magis vti sint, quae proxima nostris tempora comprehendunt nosque ipsos quodammodo in scenam res traducunt; factum exinde est, vt in no- nam historiae morborum partem omnium que expeditu facillimam mentem meam potissimum conuerterim. Animus quippe fuit, generum quamdam morbosae nostri aevi constitutione- ideam exprimere, atque praegressis temporibus conferre, vt, qua demum in valetudinis parte i- i simus, inde patefcatur. Temere quidem, vti- nes solent, captum isthoc consilium neque- ensis rei impedimentis erat; tot enim haecce- anta viam modo paulum ingressus vidi, vt si- quidem numina laeua sinunt auditque voca- Apollo, a venientibus annis nonnulla sperem, m neque iuuenis artis liminibus vix ac ne

vix inhaerentis, neque arcti temporis illud institutum esse, ego omnium nunc maxime sentiam

Quo tamen propositi ratio tenui vtut exemplo constet, momenta quaedam circa constitutionem nostrae aetatis febrilem congeffi; quae, memoratu minus digna aliquis ducat, offerri digniora non posse nolim inde coniiciat.

In omni quidem aegritudine duo praecipue considerata sunt, materia atque forma, quarum vna in omnium saepius oculos incidit, altera rationis demum ope erui debet. Rheumatismi ita materiam constituit per cutem excernendus humorum vel neruorum per frigus irritatio vel quicquid demum subitaneo refrigerio in corpore nostro mutatur; haec autem, acrimoniam dicere amo, vix semper atque eadem hanc vel illam corporis partem vel modo vellere vel inflammare, febrim celeriter aut non celeriter potest, id quod mihi in morborum formis habetur. Eadem igitur materia variam formam inducere speciem valet, a varia quoque materia eadem forma induci. Pulmonum hinc inflammationem miasmate nunc morbilloso, nunc acri quodam pectus ingresso, nunc vero frigore exoritur videmus. Medicina vero eiusmodi comparata est vt pro formarum similitudine morbos vt plurimum ordinat

dinemus, in quibus tamen rite sanandis aequè
 spiciendum ad materiem est. Vtraque cum fe-
 rri a se inuicem possit et diuersam quoque ori-
 em ducat, temporum vice mutari, migrare,
 lire, aliam atque aliam esse oportet; vtriusque
 cur, si alicuius vel loci vel aevi morbosam con-
 utionem bene diiudicare velis, haberi ratio de-
 , neque tantum spectari, quae in primis viis
 luuiei vel arthriticae aliusue, si quam in exem-
 m adducere malis, acrimoniae frequentia sit,
 um et qua sub forma potissimum appareat
 ac, qualemue prae se faciem ferat.

Vt vero propius ad rem accedam, febris,
 m pro morbi tantum forma habeo, cum in
 tica aliqua eademque mirifice profecto variante
 quiferorum vasorum affectione consistere mi-
 natura videatur; cordis omnisque vasorum
 plexus irritabilitas ea dubio procul humani
 oris conditio erit, quae pronum ad febrim
 ipiendam reddat. Illam quidem natura vitae
 ida fat magnam in omnibus fecit, ita vt
 m morborum facile frequentissimum esse an-
 tus iam obseruatum, cunctos imo mortales
 a modo parte excepta febre necari ab egregiis
 viris pronunciatum fuerit. Causae quidem
 riales omnino sunt, quae sub alia facie in
 A 3 corpore

corpore nostro nunquam apparent, adeo ut variolas vel morbillos sine febre existisse, nempe forte audiuerit; aliae vero febrim inducere aut non inducere possunt, et, si inducunt, huius tunc rationem minus in semetipsis quam in corporis quod offendunt praeformata quadam constitutione habent. Alios exinde aliis ad febrim proniores videmus, eadem haud dubium causa quae, si tuta modo fundamenta supra posuimus praeter intensam cordis eique coniuncti vasorum systematis irritabilitatem alia esse non potest. Cum nostra vero aetate februm multitudine omnino decreuisse perhibeant, disputandum an omnia est, num ab imminuta vasorum laticis vitalem traducentium vi irritabili, causarum potius, quae aegritudinum praebere materies solent, aliqua mutatione profectum id fuerit. Res quidem expeditu difficillima, neque, quantum ego videam, ante expedienda, quam de ipsorum februm genere, rarius nunc occurrente, tum nobis constet; tumque demum circa diuersitatem istius causas atque rationes agitari etiam quaesiri potest. Interea tamen profecto non est, quod mutata hac rerum facie nobis congratulemur. Haudquaquam enim cum febribus vniuersum morborum numerum attenuari, in dies imo augeri dicunt, ita ut longiorum aegritudinum seges

bita febrium ratione maior semper excrescat. Nam vero inter omnes notissimum est, cunctorum vere morborum non modo febrim plurimum se- net ipsa fanari, sed et aliis quoque cum accedit aegritudinibus, medendi vim omnium maximam habere, adeo ut illam vel arte cedere nonnunquam tudeamus. Equidem haud abnego, periculi quoque plurimum eidem inesse et subito tollere febrim, cui longior morbus viuendi moram fecisset; verum in hominum vita non annos tantum numerare oportet, neque adeo vixisse iuuat, quam iucunde vixisse.

Quodsi autem inter centum millia hominum, quorum sexaginta fere sexque millia febribus in- terire seculo abhinc putatum fuit, iisdem nisi decem millia nunc temporis non succumbere con- stat; huic morborum generi minus quam olim crebro non tantum isthoc debetur, sed et aptiori medendi modo atque saeuis quondam erroribus, illi de sudorifera imprimis curatione, e medico- rum scholis plurimum nunc expurgatis aequè tri- buendum est. Hos modo mittat et hominum vul- gus, quorum vero animis a medicis olim ipsis magna ex parte transmissi inter omnes pene Eu- ropae gentes; adeo nunc firme insident, ut vna modo dysenteriae vel variolarum peruersa curatio, me-

thodum enim dicere nolo, quae nulla plane ratione instituitur, quam multa iam millia hominum occiderit et adhucdum occidat, nefandum profecto sit.

Febris igitur et frequentiam et perimendi vim aetate nostra minutam ubi aliquis rite perpendit, neque decursus rationem sibi penitus constituisse, exinde forsan coniiciet; idque prorsus verum est. Qui enim diuersa febrium genera, quibus potissimum phaenomenis declarentur, quae tempora feruent, quemue exitum habeant, earum modum atque tenorem, qualis olim fuerit et nunc sit, considerare propius velit, is nobis profecto multum impeditiorem minusque certis regulis adscriptum inueniet. Natura quidem legibus soluta nunquam esse potest, hasque semper verearis, vel ubi casu accidere tibi cuncta apparent; verumtamen si quando rei normam aliquam reperisse videmur, quod praeter isthanc dein contigit, inordinatum illud et abnorme dicere solemus. Tuncque id modo dolendum est, nouas nobis semper inuestigandas leges esse, prout antiquae deferuntur. Ita factum, vt veterum multa in febribus praefagiendi praecepta nostrae aetati minus iam conueniant. Simplicior etiam morbus curationem saepe admittit, cui magis implicitus restitisset.

Quod

Quod vero vim febris vel aequo semper te-
 re intensam vel alternas per vices auctam at-
 que minutam attinet, in hac etiam mutatum ali-
 quid temporum progressu videtur. Qui enim
 continentibus febribus multa apud veteres le-
 gimus, is hercule mirabitur, experientissimis in me-
 dicina huius seculi viris eiusmodi febres visas
 nunquam fuisse. Hac quidem difficultate expe-
 ri aliquis ita possit, ut quae febres a vi sua
 iam minimum interdum remitterent, has antiqui-
 tatem pro continentibus habuisse dicat. Id quod
 magis arridet, cum, quae febris vehementiae
 nunc addunt aliquid, nunc vero demunt, nullo
 tempore bene multa fuisse ducendum sit, et
 ante hos mille sexque centum annos in late-
 n- inflammationibus, quas omnium fere conti-
 nentissima febris comitari solet, remissionis ratio-
 nem haberi Aretaeo monitum fuerit. Nihilo-
 minus minus febres, etiam quae nobis continentes
 videntur, ab antiquissimo illo tenore multum de-
 cessisse censeo; cuius magna ex parte ratio a
 diversa earum materie sequentibus repetetur.

Nonnullas quidem febres absque criticis ege-
 n- nibus bene sanari, ipse iam medicinae parens
 eiusdem post longas annorum series instaura-
 docuit; ast multo tamen rariorem de febrium

iudicatione fermonem medicinam inter nos protentibus idque in dies magis fieri nemo inficiabit, adeo vt longe parcior illius nostra aetas vsus videatur. Cumque veteres certos quosdam fixosque inde ab initio morbi dies sedulo numerarent, quibus iudicatio vel indicetur vel efficiatur vel horum neutrum fiat, et toti essent in febrium tempore rite definiendo atque seruando nobis contra illa omnia esse scimus. Vnde haec rerum mutata facies? naturae forsan suus non constitit vigor, non ordo? antiquitas errasse dicenda et quae re vera non erant fixisse, siue recentior aetas accusanda negligentiae est? numve alia magis probabilis illorum ratio inuenienda? Natura, vbi insitis corpori viribus expellere necia vel quicquid in illo peruersum fuit reficeret, certo quodam atque praefixo tempore illud persequi vero simile est; alia tamen cuius aliis sit, neque, si subtiles esse velimus, vni idemque morbus in diuersis occurrat, et illius praeterea temporis ordinem turbare adeo multaqueant, summopere dubito, quod certa eius neque variabilis ratio tuto stabiliri vnquam possit. Hinc omni quoque aeuo fuerunt, qui de criticorum dierum certitudine valde ambigerent, experientissimi sane viri, ipsique eorum statores atque defensores in numerandis hisce diebus haud parum

arum a se inuicem discreparunt. Ad haec antiquos tunc celebres admodum pythagorici numeris refellisse videntur, neque defuit occasio ad propositas leges naturam torquendi, quum morbi initium ponere valde ambigua res sit, et in multarum febrium egestionibus, num criticae sint aut non sint, saepenumero haereamus. Nihilominus tamen minus, quae de iudicandarum febrium tempore veteres praeceperunt, eorum multa ab assidua aegrotantium contemplatione inducta fuisse sentio, ita ut et in hoc mutata quodammodo febrium constitutio re vera fuerit. Diuersa isthaec ratio a diuerso morbos curandi modo praepriis progressa videtur. Is enim alius quondam fuit, alius nunc est, vterque, si tempora spectes, non reprehendendus. Cum enim primum morbis sanandis studerent, aliter fieri hoc non potuit, quam intentissima omnium eorum, quae in quavis aegritudine apparent, contemplatione assiduaque remediorum, quae vel monstraret natura vel fors offerret, obseruatione, ut horum postea ratio inueniretur. Adeo hinc praecelluerunt antiquissimi medici morbos obseruandi studio, quod aegrotorum stratis assidendo indefessum exercere; quae vero administrabant, auxilia pauca quidem erant et intra diaetae praecepta ut plurimum consistentia; naturae caeterum viribus, dummodo

in

in opere suo non turbaretur, multum confisi fuerunt, neque vnquam id magis quam in febre, qua praecipue ipsa ad eius remedium vtebantur. Posteaquam autem illa via ad morborum, qui sint, vnde oriantur quibusue cedant, cognitionem peruentum propius fuit, ex spectatoribus etiam magis actores facti fuerunt medici, quorum quippe sanare morbos est. Nociua igitur statim ac corpus ingressa si potis expellere, peruersa reficere, prostratas incitare vires, enormes cohibere atque salutaria nobis molientem naturam vbique iuuare studemus; neque dum natium haemorrhagia suapse febris tollatur expectamus, sed ipsi sanguinem mittimus, et quam aegritudinem leuatam fuisse vomitu aluoue sponte perturbata constat, eadem vbi recurrit, hanc illumue arte ciemus. In febribus itaque crises nos magis efficere dicendi sumus, cum easdem expectarint magis antiqui. Quoniam vero spontaneae tantum vique insita peractae nocentium egestiones criticae in vulgus audire solent, cur aliquanto rarior iudicatarum febrium mentio nostrae aetate fiat, in aperto iam positum esse censeo. Neque a vera ratione multum aberrasse ex eo mihi videor, quod nostris quoque temporibus, quo aliquis magis antiquam curationem adhibeat, eo veriora, quae de crisis earumque diebus veteres

eteres praedicauere, ducet; tunc vero miran-
 um non est, sibi permissam aegritudinem fune-
 um saepius exitum habere, qui, vbi egisses
 otius quam spectasses, vitari facile potuerit.
 quidem tamen haud nego, medicantibus natu-
 ae viribus nimium diffidere nos, et in morbis
 oportune cunctandi scientiam huius aetatis non
 esse; inde quoque contingit, vt, quam saepius
 natura tantum adferre valet, medelam intem-
 pestiuo artis vsu nonnunquam turbemus, id quod
 incauta nimii sanguinis missione in soluendis in-
 ammationibus fit; alia forte narrati discriminis
 ratio. Praeterea quoque illa febrium genera,
 quae prae caeteris crises diesque criticos amare
 solent, nostris temporibus rariora dicenda sunt.
 Quod vero reliquum est, nullus dubito, medi-
 corum vulgus ad curandas magis, quam rite co-
 gnoscendas aegritudines attentum, multa, quae
 in febribus vere iudicatoria sunt, fugere, illos-
 que adeo gloriabundos saepenumero artem suam
 extollere, vbi laudanda natura esset, et sibi, quod
 ulterius est, tribuere. In perficiendis autem cri-
 sibus tempora non ita sedulo, ac olim forte fa-
 ctum fuit, naturae obseruari, febrium nostrarum
 etiam implicita magis ratio in causa esse potest.

His igitur de febre in vniuersum dictis, di-
 scussionem adgredior, quae in constitutione fe-
 brium

brium proponenda omnium longe grauiſſima mihi eſſe videtur. Illarum enim genera, quae potiffimum noſtra aetate occurrant, frequentia vel modo ab antegreſſi temroris conditione abſcedant, et ſi quae in hoc diuerſitas eſſe deprehendatur, vnde demum exorta ſit, indagandum mihi nunc eſt. Ita quoque clariora exiſtent, quae diſputata hucusque mihi fuerunt. Iſtiusmodi caeterum illa quaestio eſt, ex cuius idonea explicatione vniuerſae valetudinis noſtrae cognitioni egregia lux adfunderetur, neque non multa commoda in ipſam medicinam redundare poſſint.

Febrium autem genera dico, quae materia-
rum diuerſitate conſtituuntur, noſtra demum ae-
tate rite diſpoſita a ſeque inuicem omni ex parte
ſeiuncta. Cumque inter haec quatuor praecipua
ſint, inflammatoria, gaſtrica, putrida atque ner-
voſa febris, in iis quoque oratio mea conſiſtet.

Atqui primum de inflammatoriae febris ma-
terie ponendum aliquid eſt; hanc autem mate-
rialem cauſam dicere aliàs ſolent, eam proximae
cauſae partem, quae in morbo conſtituendo prin-
cipatum obtinet, adeoque medici, ſi modo tol-
lere aegritudinem velit, ſummam curam mere-
tur. Tolle quidem aegritudo quauis proximae
cauſae

ifae parte sublata potest; dum vero morbi
 teries in corpore manet, morbum efficere per-
 , et, si priorem formam eripias, nouam in-
 et neque nisi penitus summotam filebit. Iam-
 e cum inter aegritudinum causas ad morbum
 ncipiendum aliae corpus idoneum reddant,
 ndem vero aliae ipsum excitent; inflamma-
 iae febris materies ad priores referri debet.
 illa enim producenda maximam partem habet
 poris ea conditio, vbi fibrae summum et si-
 id nimium in hoc esse potest, nimium robur
 intensa simul irritabilitas est, compacta vero
 entium indoles; exinde quoque inflammatoria,
 si graecum nomen adhibere malis, phlogi-
 ca constitutio appellata fuit. Qua igitur posita
 cor arteriaeque acri quodam ita velluntur, vt
 oris existat, inflammatoria haec est; eaque
 ra et simplex, quum acre illud cum ipso san-
 ine mixtum non alios ibi effectus prodit, quam
 praeter naturam vasorum fibras irritet, vel
 am quum parti tantummodo inhaerens omnem,
 ae sanguinem mouent, vasorum complexum
 tude vellicat, composita vero, si materialis
 uffa, quae sui generis febrim progignere alias
 et, corpus phlogistice constitutum offendit.
 hac igitur constitutione me nunc potissimum
 rfari, quilibet videt.

Age vero, quo temporum comparatio institui queat, per centum et quod excedit annos retrogrediamur, et qui tunc praecipuae febris sanatae fuerint, paululum inuestigemus; morborum enim natura ex apta eorundem curatione multum patefcit. Cumque exemplo conficienda res sit, quod fallere non possit, nobis sumamus. Testem igitur euoco, quem nemo sanus recusabit, Sydenhamum. Huic neque exemplorum tenuitas, cum inter aegrotantium lecto omnem fere vitam transegerit et populares praecipuis morbos tractauerit, neque peruersa curatio obiici potest, cum omnium pene optimis sanauerit. Is vero febrem, quae annis 1661, 1662, 1663 et 1664 Londinenses et vicinae regionis incolas exagitabat, largissima vel etiam bis instituta sanguinis missione vomituque sustulit. Saeuissimam annorum 1665 et 1666 pestem non minorem detracti sanguinis copiam quam ipsam pleuritidem sibi poposcisse monuit et corticem Peruuianum aequae ac illam abhorruisse. Mitti sanguinis multum voluit, idque diebus alternis repeti in febre annorum 1667, 1668 et 1669, quam a similitudine variolosae dixit. Eandem fere medelam adhibuit febri annorum 1669, 1670, 1671 et 1672, alterique etiam annorum 1673, 1674 et 1675. Quae ab
 anno

no 1676 ad annum 1685 intercurrebant, febres
 in dissimili modo ab eo curatae fuerunt, id
 quod etiam de noua anni 1685 febre dicendum

Hoc itaque viginti quatuorque annorum
 tempus febribus occupatum videmus, quae,
 quantum ex fida earundem descriptione iudicare
 licet, inflammatoriae vel omnino vel
 magna tamen ex parte fuerunt, idque in vrbe
 conuerti, hominum refertissima tuncque tempo-
 re aedificiorum et angustia et propinquitate pu-
 luerim potius quam inflammationem fouente.
 endum tamen est, vltimo illo tempore inde
 his deflexisse febres et progredientibus annis
 quibus semper parciolem Sydenhamum existi-

Nouimus quoque Meadium ineunte hoc
 tempore praecipientem, vt omnis pene in febre
 actionis initium a sanguinis missione fiat. No-
 uimus integram scholam omnium fere morborum
 originem a sanguinis abundantia tunc repetiisse.

Quidam vero quam longe alia isthaec nostro
 tempore contigere! Inter nos si Stahlus renasce-
 retur, iterum certe non erraret; namque va-
 rias etiam coniecturas a veri tamen aliqua spe-
 rationem suam habuisse putandum est. Quotus
 sanguinis nostrum quadraginta sanguinis vncias
 detrahi in febribus iubet, id quod non
 Sydenhamus fecit! Quam valide sanguinis

abundantiam rarum nostris diebus vitium e
 contendunt! Nonne et Gallorum medici cu
 temporum mutationibus morbos curandi quoq
 rationem mutare et sanguinis minus prodigi
 febribus esse multorum tandem interitu edo
 fuerunt? Sed quid per ambages peto, vbi re
 melius itur. Ad eos igitur viros prouoco, c
 in exercenda arte nostra consenuere, annon
 inflammatorias febres multo minus et frequen
 et vehementes et simplices nostris temporib
 euasisse viderint. Si, quae per Britanniam, G
 liam omnemque fere Germaniam vel de pop
 laribus vel de singulorum etiam hominum m
 bis seu in vniuersum de locorum temporum
 constitutione morbosa aetas nostra memoriae t
 didit, admodum multa peruoluimus, sta
 cogitatio subit, quam exigua inflammatoriae feb
 ad reliqua febrium genera inter nos ratio
 praesertim vero si cum ea conferatur, quam r
 iores nostri memorauerunt. Quum huius igit
 raritatis atque catarrhalium contra et gastricar
 febrium maioris in dies frequentiae causas
 blico eruditorum examini celebris admodum
 terarum societas nuper proponeret, de ipsa
 adeo non dubitauit, vt neque responsuris du
 tandi locum relinqueret. Quae vero adhuc
 obueniunt, illiusmodi febres longe ab vrbi
 in

er campos et rura recessisse videntur; neque
 e quidem locorum antiquum acumen et sim-
 itatem tenent, neque nisi raro iteratam fan-
 nis detractionem ferunt. Posteaquam Syden-
 us intermittentes febres inflammatorii gene-
 rat multas conspexisset, iam Boerhaavius fan-
 em in illis febribus mitti tantum non fem-
 noluit. Firmare quoque hanc sententiam
 int, quae de rariis continenti febrium no-
 um typo supra contendi; quo enim magis
 s remittunt, eo fere longius ab inflamma-
 ; natura abscedere solent. Plura quidem in
 meam adferre possem, nisi, in quo omnes
 ntire videntur, vltterius id probare super-
 im esset. Ne quis vero contrariam forte
 regionis constitutionem mihi obiiciat; vbi
 vniuersa alicuius aevi constitutio agitatur,
 ngularem cuiusdam prouinciae nedum vrbis
 e conditionem respici haudquaquam potest;
 od per omnem hanc disputationem pensita-
 usque velim.

longe autem diuersa gastricarum febrium
 est. Comprehendere enim communi hoc
 e ingentem illam febrium cateruam sole-
 quarum materies supremo vel infimo ven-
 det. Quicquid itaque corrupti intrinsecus

forisue intestinis illatum vel in eorundem vic-
 tate haerens vel demum per sanguinem late-
 persum, attamen illuc comportandum, febrim
 citat, vitiosi tum mutatione tum vero egesti
 tollendam, id omne pro gastricae febris ma-
 riali causa habetur. Multifarium quidem il-
 corruptum est, vitiosa bilis ut plurimum, fec-
 ciborum saburra et humorum quos ad intel-
 nunquam non natura effundit peruersa collu-
 et quaecunque acrium diuersissima genera ex-
 rientioribus forte posteris melius a se inuicem
 parabuntur. Isthoc iam febrium genus omni-
 frequentissimum est, uti inter diutina etiam n-
 quae a ventris aliqua labe propullulant,
 quorum habita ratione numerosissima fere
 Quamuis autem omni prope aevo ita se re-
 necessario quidem habuerit, de nullo id ta-
 magis quam de nostro perhibendum est. Qu-
 enim locum inflammatoriae aliaeque forte fe-
 sensim inter nos reliquere, eundem gastricae
 genus penitus occupasse videtur. Non enim
 pulares tantum, quae nostris diebus occurrunt
 ut plurimum febres eo pertinent, verum et
 quae singularibus causis excitatae singulos per-
 homines inuadunt. Inter omnes quidem
 stat, febres illas feruidae terrarum Zonaee et
 iacentibus versus utrumque polum cum si-

morbis quasi domesticas esse, et dum annuae
 e recurrunt, multa hominum millia occidere,
 vt nonnullas regiones dudum iam incolis ex-
 sissent, nisi nouus semper colonorum adflu-
 illuc foret; verum enim vero ex plurimis
 rum locorum nuperis modo diebus de mor-
 um ratione certius aliquid adlatum ad nos est,
 ue ideo temporum comparatio cum iis rite
 titui potest. Multo facilius id nostris in terris
 ; et testes quidem sententiae meae aduoca-
 , si singulis testibus conficienda res foret.
 id quaquam enim sufficit, vt vnus alterue
 ce vel illa morborum genera nunc frequentiora
 olim magisque communia visa sibi fuisse teste-
 ; verum vt quam plurimi illud testentur, vt
 ee de loci sui suaeue gentis aegritudinibus et
 equiores et nuperi prodiderunt, ea inuicem con-
 antur, quidque temporum cursu in illis muta-
 fuerit, inde coniciatur, hic labor, hoc opus
 Id iam moliri et opellae limites, et, vt ve-
 fatear, supplenda adhuc supellectilis copia
 tt. Pro bent igitur siue damnent, qui iudices
 in re esse non quidem arrogant, sed iure
 vindicare possunt, cum quo ratiore inflam-
 orii generis febres, eo frequentiores gastricas
 sisse nostris temporibus dicam. Eo magis au-
 probabili ratione id mihi adseruisse videor,

quod de nullo alio febrium genere plura volumina aeuo nostro composita fuere, neque vtilius curatio adeo profecit, quam vero gastrica febris, quodque, nisi alii sapientiores prouiderint nonnulli eo progressuri erant, ut fere cunctarum febrium fontem ab aliqua ventris labe repererent; quorum certe neutrum contingere poterit nisi seculo gastricis febribus prae caeteris multum vexato. Inter reliqua vero de gastrica constitutione nostratum argumenta id mihi praecipuum aliquod esse videtur, quod bene multarum febrium genera, quae simplici propriaque tantum facie olim apparuere, gastricam nunc indolem magis magisque sibi adsociare soleant. Fieri haec quidem potest, dum contagiosa aliqua materia ventriculo illapsa varios in eo tumultus citius quem irritabilem minus validioremque innocuam forsitan transisset, vel dum, quae nociua in febribus aliis olim viis corpore egesta fuerunt, ad delictiora nunc intestina feruntur, aliasue febris praeter caeteris corporis partibus gastricum imprimis systema mouet atque disturbat; ex quibus omnibus illa magnopere incitatur, et nouam quoque cum nouo fonte faciem sumit. Quod igitur iusta aetate saepius, quam olim factum fuerat accidere facile constabit, si modo variolas atque morbillos, qui olim fuerint et qui nunc sunt

qua

amque a simplici sua vel etiam phlogistica
 cura ad gastricam temporum progressu deflexe-
 rit, intueri aliquis propius velit; quicquid
 illorum perniciositati demtum nostro hoc
 non fuit, neutiquam id leuioribus hisce morbis,
 eorum saniori eos curandi modo tribuendum
 non est. Quid, quod nonnulli iique principes
 ultra aetate viri scarlatinam febrim contagiosa-
 m numero eximere, interque mere gastricas
 conere voluerunt, quod alii arthriticos mor-
 bus; adeoque et huius generis febrim gastricae
 plurimum originis esse contendunt! Omnium
 hoc loco excitare placet catarrhum, qui ante
 hunc annum a Sinensibus inde per Sibi-
 riam ad Russos longe deuolutus vniuersos Euro-
 paefines ad Lisboam vtque et Calpem ita sensim
 peruenit, vt neque aetati neque sexui neque
 alicui generi vlli parceret; is iam diuersa diuer-
 sis locis sub forma apparuit, in longe pluri-
 bus tamen biliosus fuit, adeo vt hac aegritudi-
 nis parte sublata parum adhuc febris superesset;
 aliter vero, si conferre tempora velis,
 catarrhales illiusmodi epidemiae apud maiores no-
 stras se habuerunt. Huc quoque pertinere magna
 parte cenfeo, quod de impedita magisque im-
 pedita febrium nostrarum conditione paucis mo-
 mentum supra fuit. Ad haec virum, quo vix alius

in Germania plures et vidit et sanavit aegros nuper dicentem audiimus, apta primarum viarum purgatione dimidiam in febribus aequae ac diutinis aegritudinibus nostris curationem absoluit.

Putrida autem febris non ea mihi est, in qua nostri corporis humores vere putrescant, id quod per vitam contingere nunquam potest; verum ita nominauere antiqui, quum ex quibusdam in illa febre apparentibus eiusmodi humorum conditionem, quae cum inanimatorum putredine aliquam similitudinem habeat, adesse conicerent, tum etiam quod putredine infectum corpus talem febrim prae se ferre conspicerent. Duae imprimis genera putridae febris sunt; alterum ubi humorum corruptio a primis viis initium sumsit, indeque transgressa in sanguinem est alterum vero, ubi infectus corruptusue hic aliorum ratione fuit. De singulis dicendum aliquid est.

Atqui primum earum febrium, quae ex gastricis putridae sunt, magna pars sunt miliaria atque petechiae, rarius ab alia origine progressae. Hos igitur morbos quamuis antiquissimis medicis haudquaquam ignotos fuisse ex re potius natura quam illorum non nimium lucida narratione ducam; petechiae tamen inde ab in eunte saeculo decimo sexto apud Italos praecipue

ne, miliaria vero cum aliis id genus exanthematibus centum postea annis in Germania omnine fere Europa effloruisse videntur. Posteaquam ad sextum fere saeculi nostri decennium longeposteaque dominium extendissent, multaque trucidassent millia hominum; in eo iam omnes conueniunt, quod a nobis isthaec febrium generum dies magis recedant, illic modo saevitura, ubi inculta fere medicina iacet; id quod etiam in vniuerso hoc putridarum febrium genere perhiberi merito licet.

Neque alia ratio est putridarum febrium, quae sanguineae a prima corruptionis sede dicuntur. Quodsi enim rerum antiquitus gestarum singulares peruoluimus, quanta prohi dolor! quam horrenda pestilentialium atque malignarum, quae raro non putridi generis erant, febrium strages narratur! Ita Platerus, ut in exemplorum ubertate hoc vnum adducam, pestilentiali febre afflictam sua aetate septies patriam vidit, quinque Bartholinus. Dolendum vero eo magis id erat, quum inter populares morbos hoc febrile genus perniciosissimum sane fuerit; quas nimis strages edidit, adeo saevae ingentesque pessimae dicuntur, ut ex quo Europae nostrae homines in pagos et vrbes propius confluxere,

haud mediocris eorum pars ita occidisse censenda sit. Numeros adferre taedet; sed et ipsa nomina testantur. Mutatum igitur et hoc in febrium nostrarum constitutione est; quo enim magis hocce quod vivimus seculo processum nobis fuit, eo et rariores putridae illae febres apparuerunt, et minores inflixere clades, vnde nostrum hominum numero haud leue augmentum accessit.

Supereft, vt neruofae febris rationem exponam. Haec cum inflammatoria in eo conuenire videtur, quod vtraque a corporis, quod morbifica materies ingreditur, conditione potius quadam quam vero ab ipsa, quae corpus ingreditur, materie morbifica pendere putatur. Neque omnis tamen neruosa febris a neruorum vel debilitate vel nimia irritabilitate efficitur; tertium enim quoddam genus est, validissimis etiam nervis superueniens, cuius adeo causa in materiei quae morbum excitat perniciofa aliqua vi ponenda erit; nonnulla huc contagia pertinent. De hac autem neruosa febre alteraque illa acuta, antiquine morbi sint, num vero noui, dubium quantum ego sciam non est, id quod de lenta multum inter medicos ambigitur. Equidem ex eorum numero sum, qui [antiquitatem morbi tu-

entur,

antur, non iisdem tamen rationibus ductus; illi
 nim, quod febrim hanc apud Hippocratem,
 Celsum, Coelium, Aurelianum, et Alexan-
 drum Trallianum memoratam legerint, ita fa-
 unt, ego vero in summa historiarum obscuri-
 tate indulgendum aliquid rationi esse puto, cum-
 ue easdem causas idem semper effecisse oporteat,
 tantam nervosam febrim antiquitus iam existisse
 penseo. Quum tamen saeculo decimo septimo
 primum descripta fuerit et anteriorum adeo me-
 morum aciem neutiquam obtusam effugerit, ita
 aram obuenisse olim dicendum est, ut pro nouo
 integressi saeculi morbo non sine iure quodam
 abeat. Ex illo autem tempore altiores fem-
 er radices inter nos egit, iisque iam aegritudini-
 us accensenda sine dubio lenta neruosa febris
 est, quae magis propriae nostris temporibus ha-
 entur, inque dies frequentia magis increfcunt;
 deo ut in locum quoque inflammatoriarum ali-
 qua ex parte successisse videatur. Idque licet de
 connullis Europae gentibus veluti Britannis prae-
 eteris valeat, de cunctis fere tamen quadam
 tione euictum est. Huius etiam loci sunt mul-
 rum de febrium nostrarum, qua vel aptissimae
 urationi saepius obsistant, pertinacia, aliorum
 e: difficultate crifum querelae; multiplici enim
 tione cum aliis febribus neruosa coniungi atque
 confociari

confociari potest, tumque modo simplex habetur cum causa morbi occasionalis adeo exigua, leui adeo est, vt in aliter constituto corpore nullum forte morbum prouocasset. Quod de lenta neruosa febris in dies iam frequentiori adductum nunc mihi fuit, idem quoque de reliquis hoc generis febribus asserere nullus haesito. Neque de acuta neruosa dubitabit, qui satis propinquam eiu cum hysterico et hypochondriaco malo adfinitatem perpendere secum velit, et quae de harum aegritudinum frequentia vndique voces irruunt ad istas animum aduertere; non enim, quod ante nostrum hoc aeuum fieri tamen solebat inclusae amplius vrbibus sunt, sed inde iam agros et rura inundauere, lateque nunc per omnia serpunt. Verum enim vero tacendum neutiquam est, quod cum maiori neruosae febris frequentia idoneus illam curandi modus magis quoque innotuerit, demumque ita deterior illius conditioni aliquid sit.

Propositis igitur hisce, quae in praecipuarum febrium apud nos constitutione, quantum per Scopellae angustiam licuit, memoratu mihi dignissima videbantur, perscrutandae etiam illorum phaenomenorum causae sunt; res non ad modum facilis eoque minus, quo plura huc adducend

tucenda veniunt, magisque provideri debet, ne cui
 nimium, ne cui haud fatis tribuas. Peccasse enim,
 qui de morbosarum constitutionum causis quaesive-
 runt, nonnulli in eo potissimum videntur, quod
 illiarum incurii alias pluris quam par erat fecere.
 Neque is ego sum, qui omnibus numeris rem
 absoluisse mihi arrogem.

Quae phlogisticam constitutionem inter nos
 rariorem, eadem frequentiore gastricam atque
 nervosam reddiderunt, quippe minuendo virium
 robur, debilitatem contra indeque progressam ni-
 miam irritationi obtemperantiam tum uniuerso
 nervorum systemati, tum gastricorum imprimis
 viscerum complexui inducendo; per singula ita-
 que febrium istarum genera eundem mihi non
 est, sed communes causae simul recensendae, ita
 ut, si quae propius ad aliquam constitutionem re-
 ferri debent, id tunc in singulis moneam.

Atqui primum expediendum est, quid victus
 ratio illuc contulerit, quatenus eum a maioribus
 diversum in nonnullis habemus. De Britannis
 constat, rarius nunc animale cibum, vege-
 tabilem vero frequentius quam olim ipsis in usu
 esse; idem de aliis Europae gentibus verum quo-
 dammodo esse censeo. Inde phlogisticam consti-
 tutionem

tutionem inter nos minutam volunt. Haud tamen nimium huic rei tribuendum est, cum, qui longe plurima carne vescuntur, urbium incolae inflammatorias febres multo rarius experiantur quam qui contra faciunt agricultores; [cuius quidem aliunde petenda ratio est. In potulentorum autem usu multum adhuc magis a moribus maiorum discessimus. Illi enim cum frigidum beneque nutrientem ingerere solerent, nos calido potu, qui praeterea irritando nervos iustis sensiliores languidosque efficit, ventriculum inundamus; imo vero in eo iam res est, ut hoc potulenti genus vel in ciborum locum pene sufficiatur, neque id tantum in diuitum aedibus, sed et in pauperum tabernis; exemplo sit, quod vni Britanniae 16,000,000 librarum theae quotannis aduehitur, paulo minori ratione caeteris quidem gentibus, verum cunctis in dies magis magisque. Hisce quantum in febrium nostrarum mutata ratione dandum sit, ex eo iam patet, quod morborum apud nos degeneratam constitutionem ex una hac causa multi deduxerint, ulterius quidem, quam par erat, progressi. Neque alia spirituosus potus ratio est, quippe qui usitator inter plebem quotidie fit; probant id varia eorum, qui respublicas administrant, variis in locis edicta, quibus illi vitio contra eundi consilium erat.

rat. Fatendum tamen est, honestiori loco natis
 prietatem longe minus nunc fuetam ac olim
 He, inque hoc prae patribus sapuisse nepotes,
 nisi in aliud forteque peius ruerint vitium; dum
 nim illi et potuum et ciborum copia magis de-
 lectabantur, eorundem hi delectum pluris faciunt,
 ab omnibus terrarum oris vndique conuehi
 libent, quae ipforum gulae inferuiant, bonae
 valetudini admodum perniciofa. Haec vero alio-
 rum luxuries aliorum inopiam parit, dumque hi
 dictu misere carent, illi luxuriose abundant, vtris-
 que multum nocetur. Noui vberesque nostrae
 febribus degenerationis fontes.

Luxuriei comes ire desidia nunquam non
 illita fuit. Vtraque prius in Graecia, dein apud
 Romanos corpora fuisse afflicta conquestus iam
 seelfus est, et de nobis nunc conqueretur, si
 addux inter viuos foret. Adeundae ditiorum ae-
 ss sunt, quaque ignauia dies transigant, pro-
 uis intuendum. Inter conuiuia namque et lu-
 os plurima illis vita absumitur, quosque proh
 ludos, in quibus videlicet fedi tuae fixum in-
 eerere per longas noctes, omnemque animi fu-
 trem experiri oportet. Pedibus vti pudet, dum-
 ee loco mouendum est, in cubiculis quasi per
 trem natantibus id faciunt. Neque leues coeli
 iniurias

iniurias ferre isthoc hominum genus ob summan defuetudinem potest. Quam longe vero alite corpora sua exercuere maiores! Quod autem inter opulentos nobilioresque ob ignauiam fit, magna hominum parte vitae generis necessitas postulat. Qui litteris profitendis, qui artibus variisque opificiis vacant, desiderium vitam omnem agunt, publicis quamuis commodis vtilissimam. Illis nunc maior in dies hominum numerus occupatur; cumque inter omnia vitae genera bonam valetudinem agricultura optime pariat atque tueatur, magis hanc semper deserunt, eundemque ad vrbes confluunt, quoniam minoribus impensis terram colere homines didicerunt, eoque quod reliquum operae est vltius perficiendis quae terra produxit, bonis largiuntur. Iis tamen omnibus apta corporis exercitatio fieri in dies minus potest; haec vero quam valide eundem vniuersum corpus et ventrem imprimis iuuat atque firmet, quantum desidia hebetet, notum inter omnes est.

Praecipuum aliquem locum heic mereri videtur, quicquid peccatur circa cupidinem humani quidem generis vltius propagandi consilio nobis inditam; a qua vero rite directa multum illius praecellentiae simul pependit. Atqui duc

inpri

nimis longe frequentius, quam maioribus fuit,
 et inter nos vitium fecerunt; alterum, quod
 luxuriam nostra aetate omniuarie auctam
 opiparo victu tum mente ab incunabulis
 libidinosis imaginibus innutrita praecocior
 eorum pubertas euasit, neque perfectior ea
 illantarum, quae calidariis efficitur, maturitas,
 tum, quod eadem penitus ratione praematu-
 illam cupidinem iusto modo explere magnae
 inum parti difficilius in dies feriusque con-
 t. Ita factum est, vt vulgiuaga venus la-
 tum inter nos imperium habeat, et gran-
 dis quibusdam Europae urbibus plus quam
 quaginta millia foeminarum, quae publice
 ora sua prostituunt, facile numerentur. Ve-
 quidem est, praecipuas illas omnis libidinis
 ex rei natura esse; quod tamen in caeteris
 conici exinde quodammodo potest. Neque
 id probat luis a potissima contagionis via ve-
 re dictae nunc latius, quam quod vnquam fuit,
 mium, non adeo tamen extensum, vt centesimo
 e virorum numero quinque modo ab illa im-
 cum Campero eximas. Caeterum ipsa huius
 frequentia corporum nostrorum robur haud
 minuit, quum vix alius morbi inepta cu-
 tantam corpori vim inferre censenda sit,
 alius morbus a rei ignorantibus ita saepe
 C tractetur.

tractetur. Huc vero omnium maxime trahentem nostrae iuuentutis in se ipsam fauendi illeror est; intelligitis, citra alterius sexus accessu libidini suae satisfaciendi morem me pessimum dicere, eoque peiorem, quia, vel dum relinquitur, novos saepe corpori morbos parat. Sed non vero non horreat, cum, quam late per tenebras inter nos illa pestis grassetur, vndique clam accipit, quamque nec sexui neque gentium strarum fere vlli pepercerit, ita vt, si a rusticis quidem discefferis, iuuenem quemuis, masculinam foeminamue habendam huic vitio obnoxiam dum contrarium tibi probetur, eximius nunc aetate vir praeceperit. Fortassis obiicient, iam mali frequentiam nostris diebus maiorem extantum videri, quia hominum animi vt in versam morum institutionem, ita in hancque eius partem attenti nunc magis sint; vnde e medicorum scholis progressae, demumque iuuentutis institutoribus exceptae illae quae fuerunt, adeo vt urgente rei necessitate extantae potius videantur. Iam vero inter me constat, omnium, quae nervos et gastrica viscerum systema hebetare valent, nimiam praepressis, quam ipsa natura abhorret, vim maximam habere. En neruofarum apud febrium ratio!

Ea quidem hominum conditio est, ut inter mentem et corpus omnis ipsis cura distribuenda alterutrum namque dum praeter modum exercitur, alterutrum marcescit. Nimia vero mentis intentio hoc praecipue efficit, ut sentiendi et cogitandi praeclarum illud instrumentum, cerebri nervorumque complexus irritationi deinceps facilius pareat, debiliorque in uniuersum sit, id quod in omni organo magis quam pariter exercitato accidit. Cum vero eorum, qui litteris incumbunt, vel eiusmodi faltem vitae operibus habent, quo prae manibus mens exercetur, valdopere auctus nostra aetate numerus sit, etiam nobis neruosa constitutio necessario accessit. Illuc accessit multum frequentior nostris hominibus ingenii quam vero memoriae exercitatio, in quo, nisi magnopere fallor, aliter manifeste habuerunt; memoriae autem longe minus ingenii diuturna intentio neruorum vires auertere videtur.

MA mente corpus irritabilius reddi, quamuis in Gaubio fuerit, experientia tamen remouendam puto, ut inter neruorum apud nos morborum causas peruersam mentis animique irrationem numerare nullus haeream. Fit vero haec in poematum eorumque omnium, quae con-

scripta animum mouendi consilio fuerunt, frequentiori lectione, vel, vt in vniuersum dicam phantasiae sensuumque internorum luxurie. Iam quidem explosus, qui ante hos decem annos Germania apparuerat, cuncta subtiliter sentiens neque sensa simulandi furor est; verum in die nunc plures insanus ille mysteriorum amor omnem fere Europam possidet, qui let infirmo modo nervis superuenit, et infirmiores ad se relinquit. Neque leuiter animalem magnetismum vitiosior nobis progenies accusabit.

Animi affectuum quanta in nervos potest sit, eorum quantum robori demant, sensibili addant, medicorum neminem fugit. Illi vero quo a simplici viuenti ratione magis deflectunt, frequentiusque inter homines confortantur est, eo quoque et frequentiores et vehementiores necessario fieri mihi videntur.

Neque silere hic possum, quod permittitur nostrum in secunda valetudine aduersae praesentiae consumantur. Illos dico, qui in sanguinis purificatione aluique ductione, dummodo certis temporibus rite instituantur, maxuma salutis iumenta ponunt. Iste primum a medicis institutus et nunc per vulgus late dispersus error

am sanguinis vbique profundit, vt et is inflammatoriam febrim rariorem inter nos effecisse iudicatur.

Addendum forte de nostra aëris constitutione siquid foret, cum a coeli quadam temperie magna inflammatoriarum et gastricarum febrium ars pependisse videatur. Forte quaerendum, num saepius nobis corrumpatur aër, ita vt phlogiston, quod per pulmones plurimum aliàs egeri solet, maiori nunc copia per bilis vias saepius elucendum e corpore sit. Ast in tanta rerum obscuritate quicquam pronunciare non audeo.

Verum enimvero multum gratior illorum expositio est, quae ex deteriori meliorem nostram conditionem fecerunt, putridam inter nos constitutionem minuendo. Et primum quod febrium gastrico-putridarum frequentia mutatum fuit, aptiori nunc temporis gastricarumurationi et misso tandem infano fudoriferorum tumori tribuendum videtur. Facile tamen quis opposuerit, illi peruersae curandi rationi magnam prorsus maiores petechiarum et miliarium frequentiam non omni ex parte deberi, sed plura tunc temporis acrium genera cutem versus delata misse, quae ad debiliora nobis abdominis viscera

comportantur. Quod autem mere putridas febres attinet, rariores has eo factas fuisse Pringle aliique censent, quia ciborum potulentorumque genera, quae putredinem fugent, varia saepius nunc vsitentur, vinum dicunt, spirituosos potus cereuisias amaras, herbas frugesque, saccharum theam, coffeam, falsae vero carnes ex vsu aliquanto discesserint. Neque praeparantium harum causarum vim nego; plus tamen hic effecisse excitantium strenua remotio apparet, palude exsiccatae puta, contagia longe a finibus prohibita, sepulcra extra vrbes reiecta, mitiorem bellagerendi oppugnandique modum, publicae famiprouidendi sapientiora consilia, urbium munditiam, minus angustas propinquasque aedes, et quicquid hoc genus demum respublicae administrantibus debent.

Theses.

1.

*Æris atque vaporum elastica vis a vi resiliendi
æreæ cum diuersa admodum videatur, communi ela-
sticitatis nomine utramque insignitam minus apte
esse censeo.*

2.

*Irritabilitas, vis nuperiorum contractilis at-
elastica vniuersalis attractricis vis nonnisi modi-
cate sunt.*

3.

*In perficienda humorum secretionem et vasorum
lymphaticorum actio et singularis quaedam fluen-
tiarum particularum inter sese attractio haud exiguas
vires sibi vindicare videtur.*

4.

*Vero placentæ parenchymate interceptus sangui-
nis a matre ad partum fluxus illius in hunc poten-
tissimi consilio penitus sapienti minuit.*

5.

5.

Varia acrium morbificorum genera nobis a hucdum in unum confundi puto, quae posterior fo san aetas rectius separabit.

6.

Internos sanguinis fluxus ex vasis disruptis p raro, exhalantium dilatatione utplurimum pro nire censeo.

7.

Variolarum prohibitio summam respublicas a ministrantium curam meretur.

8.

Nerui, qui ventriculo insunt, longe plurib quam vulgo creditur, medicaminibus agendi inst menta esse videntur.

9.

Multos catarrhalis et rheumatici generis morb qui a perspirabili praeter naturam retento in v gus deducuntur, ad acre potius quoddam ex a in corpus resorptum vel ad frigoris etiam irri mentum referre oportet.

10.

Hypotheses, antequam recipiantur, nummor instar ponderari oportet.







